



Publio Anneo Floro

8<sup>^</sup> edizione

21/23 aprile 2005





**CITTÀ DI SANTA MARIA CAPUA VETERE**  
**LICEO CLASSICO "C. NEVIO"**  
**LICEO SCIENTIFICO "E. AMALDI"**

# **CERTAMEN CAMPANVM**



**OTTAVA EDIZIONE**  
**21 - 23 APRILE 2005**



## Il testo da tradurre

### VIII CERTAMEN CAMPANUM

Ante diem X Kalendas Maias

Omnium non modo Italiae, sed toto orbe terrarum pulcherrima Campaniae plaga est. Nihil mollius caelo: denique bis floribus vernat. Nihil uberius solo: ideo Liberi Cererisque certamen dicitur.

Nihil hospitalius mari: hic illi nobiles portus Caieta, Misenus, tepentes fontibus Baiae, Lucrinus et Avernus, quaedam maris otia. Hic amicti vitibus montes Gaurus, Falernus, Massicus et pulcherrimus omnium Vesuvius, Aetnaei ignis imitator.

Urbes ad mare Formiae, Cumae, Puteoli, Neapolis, Herculaneum, Pompei, et ipsa caput urbium Capua, quondam inter tres maximas Romam Carthaginemque numerata. Apud Capuam, ut dici volgo solet, ipse Hannibal et exercitus elanguerunt, adeo ut vere dictum sit Capuam Hannibali Cannas fuisse. Si quidem invictum Alpibus, indomitum armis Campani –quis crederet?– soles et tepentes fontibus Baiae subegerunt.

Prima imperii spes Fabius fuit, qui novam de Hannibale victoriam commentus est, non pugnare. Hinc illi cognomen novum et rei publicae salutare Cunctator. Itaque per Samnium totum, per Falernos Gauranosque saltus sic maceravit Hannibalem, ut, qui frangi virtute non poterat, mora comminueretur.

Pro hac urbe (i.e. Capua), his regionibus populus Romanus Samnitas invadit, gentem, si opulentiam quaeras, aureis et argenteis armis et discolori veste usque ad ambitum ornatam.

Precibus deinde Campaniae motus non pro se, sed eo speciosius pro sociis Samnitas invadit. Erat foedus cum utrisque percussum, sed hoc Campani sanctius et prius omnium suorum deditione fecerunt; sic ergo Romanus bellum Samniticum tamquam sibi gessit.

Maxime tamen nota et inlustris apud Caudinas furculas ex hac gente clades Veturio Postumioque consulibus accepta est. Cluso per insidias intra eum saltum exercitu, unde non posset evadere, stupens tanta occasione dux hostium Pontius Herennium patrem consuluit. Et ille, mitteret omnes vel occideret, sapienter ut senior suaserat: hic armis exutos mittere sub iugum maluit, ut nec amici forent beneficio et post flagitium hostes magis.

Floro 1, 16 ; 2, 6.

#### NOTANDA :

- Ad perficiendum certamen, cuius explanatio perutilis est, nihil amplius quam horae quinque conceduntur;
- Lexico Latino uti licet ;
- Nusquam nomina vestra scribenda sunt.

## La Commissione

Il Presidente, prof. **Aldo Luisi**,  
Ordinario di Grammatica Latina alla  
Facoltà di Lettere e Filosofia  
dell'Università di Bari



La prof. **Mirella Scala** dell'Istituto  
Orientale di Napoli  
E il prof. **Giampiero Scafoglio** del  
Liceo Scientifico "Urbani" di S. Giorgio  
a Cremano

*Alla prova parteciparono 26 studenti*




## I vincitori

1° classificato: Raffaele Vitale – Liceo Classico “Giannone” di Caserta

**VIII CERTAMEN CAMPANUM**  
**Giudizio della Commissione**

**1° Classificato**

Il passo floriano è stato compreso pienamente anche nei punti più squisitamente tecnici.  
È emersa una traduzione di ampio respiro con punte di gradevole interpretazione libera, pur nel rispetto della forma imposta dall'epitomatore latino.  
L'oculata e felice scelta lessicale dimostra la padronanza dei mezzi tecnici tipici della traduzione, il possesso degli strumenti sintattico-grammaticali e l'assidua frequentazione ai testi classici latini.  
L'intero passo sull'*ager campanus* è stato sottoposto a commento sobrio di carattere linguistico oltre che storico-artistico.  
La stretta attinenza alla descrizione di Floro non ha impedito al candidato qualche licenza poetica, accompagnata da riferimenti contestualizzati con il presente.

**La Commissione**  
  
Santa Maria Capua Vetere, 23 aprile 2005

2° classificato: Giulia Giarrizzo – Liceo Classico “Mamiani” di Roma

3° classificato: Maria Carmela Ciriolo – Liceo Classico “Archita” di Taranto

4° classificato: Francesco Santonastaso – Liceo Classico “Giannone” di Caserta

5° classificato: Maria Amalia Vastante: Liceo Classico “Nevio” di S. Maria C.Vetere









**5° classificato: Maria Amalia Vastante: Liceo Classico "Nevio" di S. Maria C.Vetere**





Il Presidente della Provincia di Caserta, on. Sandro de Franciscis









